

A nos in simularum Idololatriæ propter cultum Sanctorum, ut docent Euseb. Cyrill. Aug. Hieron. & alii.

S. EDGARUS Anglorum Rex nulli petenti in nomine S. Jo: Evangelista aliquid denegabat; hunc enim post Apostolorum Principem archidiligebat. Unde contigit, quod quidam peregrinus, absente camerario, in nomine S. Jo: Evangelista importune à Rege elemosinam postularet, cui Rex pretiosum anulum, cum nihil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit post hæc, duos Anglicos ad adorandum Salvatoris sepulchrum Hierosolymam proficisci. Qui die quadam à publica strata declinantes, devia quasque sectati sunt, & sole ruente nox obscura adducta est. Et cum nescirent, quid agerent, quò se verterent, apparuit eis senex quidam venerandus, qui eos ad civitatem reduxit. Suscepit autem hospitio, mena paratur, lautissimæque refecti dant membra quieti. Manè autem factò, egressis illis de civitate, ait senex: Viri fratres, cum summa prosperitate vos repatriaturos non dubitetis, quoniam prosperum iter faciet vobis Deus, & ego ob amorem Regis vestri in omni via firmabo super vos oculos meos; ego enim sum Apostolus Christi Joannes, qui Regem vestrum ob meritum castitatis summa dilectione complector. Hunc ergo anulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate, denuntiantes ei obitus sui instare diem: quem infra sex menses visitabo, ut mecum sequatur agnum quocumque jecerit. His dictis disparuit, & illi ad partem prosperè redeuntes, quæ viderant, & audierant, Regi seriatim retulerunt. *Ealredus Abbas in vita ejus. Surius 5. Januar.*

Effectus & miracula adorationis & invocationis Sanctorum. PAULUS historiographus, Romane Ecclesie Diaconus, Cassinensis Monachus, quadam die cum vellet Paschalem cereum consecrare, rauce factus sunt fauces ejus, cum prius vocales essent. Ut ergo vox sibi restitueretur, composuit in honorem B. Joannis hymnum, Ut queant laxis resonare fibris, in cujus principio petit vocis restitutionem, quam obtinuit; sicut & merito S. Joannis restaurata est Zacharie vox. *Diranda in Nativ. l. 7. c. 14.*

Anno D. 451. Chuni five Hunni, sic à majoribus dicti, à Pannoniis egressi, ut quidam ferunt, in ipsa sancti Pasche vigilia ad Metensem urbem reliqua depopulando perveniunt, tradentes urbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipsosque sacerdotes Domini ante factolanda altaria perimentes; nec remansit in ea locus inustus, præter Oratorium B. Stephani primi martyris ac Levitæ; de quo Oratorio, quæ à quibusdam audivi, narrare non distuli. Ajunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse virum fidelem in visu quasi conferentem cum Sanctis Apostolis Petro & Paulo, B. Levitam Stephanum de hoc incendio ita dicentem: Oro, Domini mei, ut non permittatis obreptu vestro Metensem urbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo parvitas meæ pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quòd sit tantum facinus populi supererit, ut aliud fieri non possit, nisi tradatur civitas incendio, saltem hoc Oratorium non cremetur. Cui illi ajunt: Vade in pace, dilectissime frater; Oratorium tantum Carebit incendio. Pro urbe verò non obtinebimus, quia Domini cæ functionis super ea sententia jam processit. Invaluit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascendit coram Deo; ideo civitas hæc cremabitur incendio. Unde procul dubio est, quòd horum ob-

tentu, urbe vastata, Oratorium permansit illæsum. *Greg. Turon. in hist. Francicæ. l. 2. c. 6. Bar. tom. 6. an. 451.*

D. PAULUS Apostolus, post revolutum anni circulum, ipsa die qua Petrus Apostolus passus, apud urbem Romam gladio percussus occubuit. Ejus sacro corpore lac defluxit, & aqua; nec mirum si lac ejus manavit ex corpore, qui gentes incredulas & parturit & peperit, ac lacte spiritali nutritas, ad cibum solidum Scripturarum sanctarum opaca referendo perduxit. De cuius virtutibus multa quidem audivimus: sed de plurimis unum tantum miraculum studium declarare. Factum est autem in quadam loco, ut homo sibi laqueum ad extorquendam vitam pararet, idque instigante diabolo. Cumque secretum cellulæ, in qua hæc ageret, reperisset, funem trabi transmissum laqueum cepit innectere, nomen tamen semper Pauli Apostoli invocabat, dicens: Adjuva me sancte Paul. Et ecce umbra squalida, atque funesta, quæ nihil minis vultu, quam diabolum simulabat, apparuit ei, hortans ac dicens: Eja age, ne moreris expecti celerius, quæ cepisti. At ille cum opus hoc, id est, vitæ extorquenda pararet, semper jebat: Beatissime Paule, esto

adjutor meus. Denique expedito jam laqueo, cum vehementius urgeretur ab umbra, ut collum immitteret, subito adfuit illi alia umbra huic similis, dicens ei, quæ cum homine erat: Fuge miserissime: en Paulum Apost. huc venientem, invocatus enim ab hoc homine, ecce adest. Tunc evanescentibus umbris hæc ad sensum illum reversus, & crucem virtutis Domini cæ nutanti pectori depingens, penitentiam, genis lachrymarum imbre perfusus, agebat, cur ita tentasset. Unde manifestum est, hunc eundemque hominem per virtutem B. Apostoli ab hoc sæva mortis præcipio fuisse salvatum. *Idem l. 1. de glor. martyr. c. 29.*

Haud ignorandum est, B. Jo. Chrysostrum in sacris literis peculiarem Doctorem S. Paulum Apost. habuisse, cuius immenso tenebatur amore. Fidem facit hujus rei Proclus, qui postea Constantinopolitana Ecclesia fuit creatus Episcopus, rem gestam fide narraus. Cum divinas Pauli Apost. epistolas earum interpret & expositor percurreret, etat (ut est verisimile) dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit, an Deo grati sit mea interpretatio. Hæc cogitatione rogabat, ut de ea re à Deo certior fieret. Quod etiam citò hoc modo factum est. Quidam ex his qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorem, qui mortem minatur: & mittitur, qui apud divinum Pontificem intercederet, ut noctu ad eum veniret propter metum Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentientis sanctus, per Proclum jubet, ut veniat. Nox erat, & simul etiam aderat is, qui etat perplex. Ut eum admoనేat, dat operam Proclus; deinde primum adpiceit per quoddam foramen, & videt Pontificem, ut conjuverat, in sede sedentem, & scribentem, ac autem erat interpretatio divinarum epistolarum. Tunc autem ille terribili illo dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus divinum Apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis, & os admoventem auri ejus dextera, & eum eo colloquentem. Proculum incessit fupor & admittit, quanam ingressus esset quem carerebat. Ignorat enim quis esset, & rogat hominem, ut parum expectet. Rursum paulò post apexit, & semel & bis, & etat idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo optimæ, qui dixit: Non oportebat, te, cum videres mortem, quæ mihi expectatur, alium ad sanctum adducere. Ille autem ei affirmat se de eo nihil cogitasse. His adhuc dubitantibus, præco ad matutina G canthica excitat ligni pulvis. Homo itaque revertitur, in secundam noctem spem rejiciens. Accessit secunda nox & tertia, & erat rursum simile spectaculum. His obstupefactus, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente, à Deo missum esse eum qui loquebatur. Dicit itaque optimari illi: O optime, Deo resistente studii omnibus labor est inutilis: roga ego Deum, ut tibi opem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recordatus esset Pontifex, rogavit, an accessisset. De eo ergo significat ei Proclus, qui hæc etiam dixit: Cum tu præteritis noctibus seorum effes cum alio, statui non temerè accedere. Cum Sanctus autem rogasset, quoniam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum: digito autem per imaginem evidenti fime probans cum fuisse Apostolum, totam seriem narrat miraculæ. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir divinus, aperit intellectus spectaculum, & factus certior, se suam accepisse petitionem, Deo gratias egit. Deinde rursus accessit fuplicem, & cum convenit; & pro eo intercedit apud Imperatorem, & priori restituit magistratu, impletque promptius & alacrius quæ restabant ex divinis ep. *Leo Aug. in vita Chryf. Bar. tom. 5. an. D. 407.*

De Peregrino, qui ope S. Jacobi Apostoli, cum ad sepulchrum Domini proficisceretur, à violentia cacodæmonis fuit liberatus, rem testatam reliquit *Vilhelmus Neuburgensis* hujus temporis scriptor veri amantissimus, his verbis: Aliud quoque ipso tempore (an. f. 1194.) in pago Cenomanensi accidisse fertur, quod Regem Angliæ Richardum non frustra teritum suæ propensius salutis admonuit. Res pluribus nota est, quam nostræ simpliciter narrationi inserimus, prout nobis viri venerabiles, & fide digni tradiderunt, à Cenomanensi Episcopo idipsum se accepisse protestantes. Vir quidam ex ejusdem Episcopi clientela devotionis instinctu profectus in Hispanias ad memoriam B. Jacobi Apostoli, cum sospitate ad propria remearet: qui post modicum calore fidei, & devotionis fortius ignescens, longè laboriosius peregrinatione sepulchrum invivere Domini cum voluit. Vale dicens ergo suis, iter opportunè arripuit, & cum forte fovele graderetur, repente in ista via oblitit ei quidam enormi corpore, & vultu terribili. Pavescens homo elevata manu Christianam sumpit atmataram, nempe signum Crucis. Ille

A Ille verò tanquam non reputans salutare signaculum: Nequaquam, inquit, hoc modo tueri te poteris, quin meus sis. Porro si proci dens adoraveris me, faciam te locupletem, & inclytum valde. Ad hæc homo pavore fiducia sperans, cum libertate respondit: Lique te esse partem finitæ, sint tua tibi: nam mihi fufficit omnipotentis Dei largitio, quem solum adoro. Et ille, Oportet, inquit, ut te invitum aliquid habere de meo; & profertens tanquam pallium subtilis materie, jactavit super caput hominis: quod mox tactu igneo capillis exultis, cutem quoque capitis denigravit. Profiliensque hostis hominem periculo anxium per brachium apprehendit. Homo verò cum tanta perurgeret necessitas, S. Jacobum ex recentis obsequii conscientia fortiter inclamavit. Qui B. Apostolus in specie reverenda mox adfuit, & potenti verbo invalorem improbum increpavit. Ut autem homo de manu inimici furentis crederetur, tuto jam auditu perciperet, quorum, creditur, audiendum gratia, per voluntatem Dei articulum illum incidit, Apostolus ad nequam illum: Dic, inquit, quis ille, vel quid negotii habes? Qui confitricus imperio, Daemon fuit, inquit, generi humano infestus, & mille nocendi artibus instructus. Ego enim grande illud scandalum, & Christianæ possessionis jacturam in Oriente patravi: ego inter Reges Christianos in terra promissionis, ut nihil ab eis ageretur, nec propteraretur opus Dei in manibus eorum, detestabile discordiam seminavi: Regem Anglorum à Syria digressum per ministrum nequitie meæ, Dulcem scilicet Austris, captivavi, multimodam exinde malum occasionem regnis Christianis concinnans: eundem quoque Regem de captivitate propria revertentem comitatus, in partibus istis nunc consilio, cubili Regis tanquam familiaris minister frequenter assisto, & circa thesauros ejus apud Chimonem repositos pervigili caute la obsevo. His dictis, malignus disparuit. Apostolus etiam confortato homine in suæ claritatis secretum recepit. Homo verò ad urbem Cenomanensem maturè reversus, Episcopo, urbisque prudentibus cuncta per ordinem replicavit, & in argumentum fidei caput depilatum, & brachium manus perficere contactu ululatum indicavit. Quibus actis, post dies aliquot propostum iter repetiit. Nec lauit hoc Regem Richardum: qui nimirum ejus, qui tangit montes & fumigant, timore compunctus, salubrioris instinctu consilii, cubiculum suum, ut accepimus, de cetero castius esse voluit, & de thesauris suis largiores indigentibus elemosinas erogare. Hæc Neufingensis l. 5. c. 7. apud Baron. tom. 12. an. 1194.

CAROLUS Rex Sicilia II. & Comes Provincia, circa an. D. 1279. bello navali cum Rege Aragonum congressus, victus & captivatus est, & apud Barcionem moriturus, diro carceri mancipatus. Cumque omni humana spe destitutus indubitatum mortem expectaret in brevi, à Magistro Gulielmo de Tonnais Ordinis Prædicatorum confessorio suo monitus est, ut Magdalenam, quæ in terris sibi subiectis prædicaverat, præniterat & obierat, in auxilium advocaret. Qui statim firma spe de meritis ejus concepta, jejunio & confessione, & lacrymis ei se commendavit. Ecce autem in ipsa vigilia festivitatis B. Magdalene nocte aditit ei matrona pulcherrima, Carolum voce sonora & proprio nomine vocans, preces ejus exauditas commemorans, & ut se velocius sequeretur, indicans. Cumque pro captiva familia sua ille precaretur, Sequere, inquit, me, & te sequentur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululum verò cum aliquantisper processissent, illa firmato gradu, & se invocato Magdalenam esse commemorans: Scis, ait, ubi sis modò? At ille, Intra muros, inquit, adhuc sumus Barcionis, si non fallor. Falleris, inquit; sed jam esse intra terminos tui Principatus, & prope Narbonam ad miliare unum. Sunt autem inter Barcionem & Narbonam tres magnæ diæ, & triginta amplius milliaria. Tunc ille peritus lachrymis: Quid, inquit, ò Domina, gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam, inquit. Cum instante bello quodam corpore meum de meo sepulchro sublatum, & loco ejus aliud suppositum fuisset, ut falleretur inimici, si meum corpus aptortare voluissent, ita factum est. Unde adhuc eo in loco jacent reliquæ meæ, aliis earum loco sublati. Illic perge: & eastalibus signis invenies. Nam eo in loco vitis est, quam sequens, de ore meo proditisse videbis: & ibi est caput meum totum nudum, ex ejus volu tenere vestigia. Capilli omnes interierunt, exceptis iis, quæ Jesu Christi pedes tetigerunt. Juxta caput est am-

pulla plena terra madefacta sanguine Christi, quam sub Cruce collegi, & semper, quoad vixi, in memoriam Domini mei servavi. Cum hæc invenis, honore digno elevabis, & locum meæ mortis & meæ penitentia fratibus meis, id est, Prædicatoribus tradessego enim prædicatrix & Apostola fui. Conventu loci, ex quo decessi, reditus pro centum fratribus assignabis, ut semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis, disparuit. Ille verò, factò jam die, Narbonam cernens, eo in loco, in quo Magdalena disparuit, Crucem figi jussit; qui usque in præsens, Crux de Leuca dicitur; & Sanctum Maximinum adiens, omnia per ordinem repetiit, & iussa perfecit. *Ex aurea rosa Sylvestri Prioritatis. Surius Tom. 4.*

Cujusdam mulieris filius parvulus mortuus, catechumenus erat, qui matris portatus manibus, cum ingenti ejulatu, & miserabili vociferatione, ante ipsam memoriam gloriosi Stephani fuerat projectus, tradens illi mortuum, ut ab eo reciperet vivum. Cumque ad antea amici Dei pulsaret fide pietatis, perculsa duplici luctu obratibus, quòd & in præfenti vita filium perdidisset, & in futura, utpote sine gratia Baptismi salvum habere non posset: Ecce inter diti lamentantis dolorem miseræ matris, repente parvulo spiritus reddidit, vita tribuitur, vox viventi conceditur. Continuo presbyter accersitus Baptisimum parvulo tradit, sacramenta complentur, atque peccatorum lethali catena anima liberatur, statim etiam mortalis carnis vinculo exiit, & ad Dei spiritualis amplexus summa celeritate libera dimittitur. Ita & non modica consolatione concessa, gaudere de redempto filio dicitur, & parvulo salus vera conceditur. Qui profectò hoc ad modicum vitam recepit, ne in æternam moreretur. *Erod. l. 1. S. Stephan. & D. Aug. ser. 95. & 96.*

Apud Hypponem Bassus quidam Syrus ad memoriam ejusdem Martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eoque secum vestem detulerat, cum ecce pueri de domo cecurrerunt, qui ei mortuum nuntiarent. Sed cum, orante illo, ab amicis ejus exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset jam suorum ejulatus perfonantem, & vestem filia, quam ferebat, super eam projecisset, reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenæi quidam collectarii filius ægritudine extinctus G est. Cumque corpus jaceret exanimæ, atque alius gementibus, & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorum ejus quidam inter aliorum consolantium verba adjecit, ut ejusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & revixit. Itemque apud nos vir tribunitius Eleusinus super memoriam martyris, quæ in suburbano ejus est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum, & post orationem, quam cum multis lachrymis ibi fudit, viventem levavit. *Aug. l. 22. de Civit. Dei. 8.*

Temporibus sextæ Synodi universalis, quæ Constantinopoli ab Agathone celebrata est, exorta gravissima pestis mensibus Julio, Augusto, Septembri; tantaque fuit multitudo morientium, ut etiam parentes cum filiis, atque fratres cum fororibus bini per feretra positi apud urbem Romam ad sepulchra ducerentur. Pari etiam modo hæc pestilentia Ticinum depopulata est, ita ut cunctis civibus per juga montium aut per deserta loca fugientibus, in foro & plateis civitatis, herbæ, & fructus enascerentur. Tuncque visibiliter multis apparuit, quòd malus & bonus Angelus, qui videbantur venabulum in manu ferre, quoties venabulo illo illo ostium ejuscum; domus percussissent, tot ea de hominibus die sequenti homines interirent. Tunc cuidam per revelationem dictum est, quòd pestis ista prius non quiesceret, quam in Basilica B. Petri, quæ ad vincula dicitur, S. Sebastiani martyris Altarium poneretur. Factumque est, ut delatis ad urbem Romam S. martyris Sebastiani reliquiis, mox ut etiam in dicta Ecclesia altarium constitutum est, pestis ipsa quieverit. *Paul. Diac. l. 6. de gest. Longobard. c. 2. Sig. l. 3. de rez. Ital. an. 680.*

Anno D. 471. Archisynagogus inter Judæos quidam, pueris duobus in tumultu Constantinopoli concitato, perinde atque ipse auctor fuisset, correptus, & à viro consulari cruciatus est. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus est: O Deus S. Sergii, adjuva me. Addebat verò hæc verba: S. Sergi, tu nosti, Judices porro fingere ac simulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, ut vivus combureretur, condemnarunt. Et ecce in media flamma equites duo, candidis induti stolis, apparentes, horis multis intactum conservaverunt: & multitudo in flammam insiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, *G 4 Ser-*

A Sergius nominatus est. Atque ille non minus mente quoque illuminatus, substantia sua, quam multam habuit, vendita, in pyræ ejus loco amplissimum Sergio martyri templum construxit, ubi capite raso, reliquam juxta Dei beneplacitum vitam exegit. Idem duo ejus effecere pueri, nominibus suis in Sergii & Bacchi nomina mutatis. Niseph. l. 17. biff. Eccl. c. 23. Baron. tom. 6. ann. 471.

Imperatori Joanne Zimica contra Rossos preliante, cum diu victoria anceps esset, Romani divinitus adiuti esse perhibentur. Nam & procellam Scythiarum facies verberasse, & quendam in equo à multis visum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum phalanges conturbaret. Eo porro die memoria Theodori Ducis insignis martyris celebrabatur. Theodorum porro Ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuisse, ex eo cognitum est. Muliercula quaedam Bizantia, religiofa & modesta, pridè illius pugna in somnis sanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre visa est, ac dicere: Domine Theodote, meus & tuus Joannes gravia certamina sustinet, propter igitur illi opem ferto. Id somnium ea quibusdam aperuit, qui die notato, ceperunt,

B id pridè postrema pugna contigisse, Imperator verò, ut martyri pro navata opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Eucharistia, sive Eucharistia struxit, vetere dituro, in quo corpus ejus multis certaminibus defundum repositum erat, & urbem veteri nomine deposito, Theodoropolim appellavit. Bello Rossico ad hunc modum confecto, Imperator Byzantium reversus, ab omnibus ordinibus splendide excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus ei obviam est progressus, & Senatus, & populus coronas offerentes, & currum cum quatuor albis equis, rogaruntque, ut eo confensio triumpharet. At ille coronas accepit, & equo singulari candido triumphavit, & vestibus Bulgaticorum Regum curru impositis, supraque eas imagine Deiparæ collocata, currum antecessit. Postmodum quoque Christi Servatoris templum in Chalce magnificum exstruxit. Jo. Zonar. tom. 3. ann. Bredemb. l. 2. collat. cap. 32.

S. GR EGORIUS Lingonensis Episcopus, cum per diem sanctum Epiphaniarum ad civitatem longinquam ambulasset, à modica febre pulsatus, relicto sæculo ad Christum migravit. Cujus beata facies ita erat glorificata post transitum, ut rosis similis cerneretur; hac enim apparebat rubra; reliquum verò corpus tanquam candidum liliam resplendebat, ut æstimares eum jam tunc ad futuræ resurrectionis gloriam preparatum. Quod deferentes ad castrum Divionense, ubi se iusserat tumulati, in planitie illa, quæ à parte Aquilonis habetur, haud procul à castris, aggregati gestatores, non sustinentes feretrum, solo deposuerunt, ibique patum per resistentes vires, & post paululum levantes, ad intramuraneam cum Ecclesiam detulerunt. Advenientibus autem v. die Episcopus, ab Ecclesia ad Basilicam S. Joannis deferrebat. Et ecce vincit carceris ad beatum corpus clamare ceperunt, dicentes: Miserere nostri, pie Domine, ut quos vivens in sæculo non absolvisti, vel defunctus cælestis regnum possidens, digneris absolvere. Visita nos, quæsumus & miserere nostri. Hæc & alia illis clamantibus, aggravatum est corpus ita, ut penitus ipsum sustinere non possent. Tunc ponentes feretrum super terram, virtutem B. Antistitis prestolabantur. His ergo expectantibus, subito referatis carceris ostiis, trabes illa, qua vincitorum pedes coarctabantur, repulsis obicibus, scinditur media, contractisque carenis omnes pariter dissolvuntur, & ad beatum corpus, nemine retinente, perveniunt. Dehinc elevantes feretrum gestatores, ii inter reliquos obsequuntur, qui à Judice postea sine damno aliquo sunt dimissi. Greg. Turon. de vit. Patriarch. c. 7.

Quinto anno ab obitu magni illius Euthymii Abbaris, Martyris Ecclesie Hierosolymitanæ Episcopus, ad Zenonem Imp. & Acacium Constantinopolitanum Patriarcham scribit de schismaticis, & illorum blasphemis, & vitanda hæresis: & cum Philo Diacono de didictis litteras, mandat ei quod non pauca ore dicenda. Ille autem cum Joppen petiverit, & quoddam navigium ascendisset, quod proficiscebatur in Corycum, ubi tunc in ipso mari Parthenico, in magnam incidens procellam, & tempestatem, media nocte fatiuit naufragium. Cum verò jam demergeretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quod in mari esset, & quod nox esset obscura & incerta, periret, in quoddam lignum ex opinione, vel potius quod Deus id dedisset, incidit: & cum in quendam locum enataisset, & à

tanta calamitate se paululum recreasset, venit ei in mentem E admirabilis Euthymius, & statim illius implorabat auxilium adversus periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen se pè invocabat. Cum sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparer Euthymius, per mare transiens, & secunde in ipsis fluctibus inambulans. Quem cum repente vidisset Phidus, adductus est in admirationem. Cum autem ab omni angore & timore volens rursus statim liberare, qua prius quoque solebat allocutione: Noli, inquit, timere, ego sum Euthymius Dei servus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei: neque enim afferet utilitatem aliquam morti Ecclesiarum: & idè oportet reverti ad eum, qui te misit, & ei meo nomine jubere, ne sit sollicitus de disjunctione schismaticorum: haud enim ita diu abhinc, sed illo Pontificatum obtinente, futuram unionem, & omnes qui sunt Hierosolymis, futurum unum gregem & sub uno pastore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis: cœnobium verò illic edificare, ubi meum edificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed cœnobium potius esse locum Deo placere. Hæc ille quidem mandat Phido, & sic eum pallio induit. Ille autem re ipsa & non in somnis protinus raptus, non dissimili forte modo ei, quo Habacuc, ita facile & momento temporis in littore statuitur, & perinde ac si è somno surrexisset, à divinum providentiam in sancta invenit civitate. Sic autem præter opinionem in domo conservatus, deponit illud divinum Euthymii palli, quod tantum pelagus transvolare penna citius esset, & ruitus; consueto autem induit vestimento, illud verò (sed est attendendum, miraculo enim cognatum, & simile consequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, evanescit & tollitur de medio. Cum ad se ergo redisset Phidus, & quam mala eum oppressissent, confiderasset, inde fluctus, nox, desperatio, & quæcumque sunt mala tempestatis: deinde verò animo agitatæ repetitam hujus inexpectabilis calamitatis solutionem, magnusque Euthymium: & quemadmodum cum jam esset defessus, & graviter suffocaretur, ei apta pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illa porrigens hilarem, vultumque unâ & vocem, & ei mandans ea quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare veluti alatum per aërem transmittens, & domi suæ rediens inseparabiliter hæc cum apud se considerasset Phidus, emisit G illas voces cum magna admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei servum magnum Euthymium, ab eoque missum me liberasse à calamitate. Deinceps autem quod hæc matris narravit. Illa verò eis aures libenter accommodans (amabat enim non solum filium, sed etiam Deum) & præterea tam ejus, qui servat, quam ejus qui servatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis, consulto filio, ut omnia impleteret. Deinde autem ad Patriarcham quoque transfrens, ei Phidus renunciavit omnia. Ille verò admiratam narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionem: Revera, inquit, Dei Propheta est magnus Euthymius, magnaque est, & quæ dici non potest, apud illum fiducia: de iis enim, quæ Lauræ eventura essent, cum nos omnes effemus testes, prædixit jam in Christo consummandus. Hæc cum dixisset, ipsi quoque Phido permittit, ut adificet cœnobium, & concedit, ut ad id proficiscatur: simul profectus fe quoque omnibus viribus opus unâ esse aggressurum. Ex Cyrillo Monacho Sur. 20. Januar. Baron. Tom. 6. ann. 477.

Anno D. 1089. lues pestilentissima maxime in parte Occidentali Lotharingæ exerevit, ubi multi facti igne interiori H consumente computrescentes, exessis membris instat carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriebantur, aut manibus ac pedibus putrefactis truncati miserabili vires reserebantur; multi verò nervorum contractione distortit eruciabantur. Cujus causa (asseritur in historia Antoniana) frequentiori concursu crevit cultus S. Antonii Magni in Provincia Viennensi, ubi ejus corpus translatum à Joacchino ex stirpe Comitum Pictaviensium oriundo Constantino poli, jussu Urbani Papæ ab ejus filio Guidone eodem Morao S. Desiderii fuerat collocatum, ubi omnes eodem morbo tacti, mirabile dictu, confestim sanabantur. Antea est eò amplius erga Sanctum reverentia, quod sicut eo morbo ægrotantes sanari consueverunt, ita sani in eundem Sanctum peccantes, sive perjurio, aliave irrogata in eum blasphemis, vel contumelia, eundem modo exoptari solent ut optem, eodemque confestim morbo ignis facti percuti. Quod pavendum cunctis prodigium hæcenus perseveraret, adeo ut in proverbium verum sit: In S. Antonium neminem impunè peccare. Chron. Sigeb. Gemblac. ann. 1089. Baron. Tom. 11. anno eodem num. 18. Sub

A Sub Catolo Magno Imp. ann. Domini 820. Nottingus Getmanus, Erlasfridi Comitibus de Calve filius, vir motum probitate ac doctrina conspicuus, cum Episcopatum Vercellensis Ecclesie esset adeptus, & subinde reliquias S. Aurelii Armeni à Mediolano jalpide, & auto pretiosiores accepisset, ac in mausoleo pulcherrimo collocasset, meditare cepit de adenda patria: ad quam ne vacuus accederet, dispeixit, quid muneris deferret, quo eam clariorem redderet. Cum itaque statisset hoc sacrum corpus deferre, mox fluctuare cepit, num ea translatio sancto displiceret Aurelio, vel si forte populus perciperet, à sententia ipse resillire cogere: idcirco rem omnem divino consilio terminandum commisit. Unde rota mente conversus ad Deum, ac juxta sepulchrum Sancti noctem ducturus in somnum, provolutus in terram, ipsum Aurelium, divinum Christi amicum, ardenti compellebat desiderio, cum lacrymis dicens: Sancte Pater Aureli, decus meum, unicuique post Deum animæ præsidium mee, tibi expando desiderium famuli tui, qui Deo conjunctus procul dudum nescire non potes; rogo te per divinum amorem, quæ me venerabilis, Ecclesie celebrer, agris modicum, unumque cum Deo sanctum & immortalem efficer, ne me diutius in hoc ambiguo fluctuare permittas; sed exaudi me famulum tuum tibi prostratum, & doce me, ut sciam, quid agere debeam secundum Dei, tumque voluntatem. Cumque orans diutius in lacrymis, & humique jacens perseveraret, fatigatus oratione protractuque vigiliam, paulisper obdormivit. Cui dormienti mox D. Aurelius Pontificalibus indutus, splendidiore sole adstritus, Nottingumque compellens ex nomine, dixit: Salus tecum sit, fratere Nottinge; ad hoc veni, ut pergam tecum in Germaniam, plures ibi Christo adducturus populos jam corpore mortuus, quam si adhuc vivis inter gentes prædicans miraculis coruscarem. Quo cum veneris, ibi monasterium fervorum Dei constitues, ubi cæcum nobis obvium subito confpexeris, illuminatum dimittam. Quibus dictis evanuit: at verò Episcopus de somno consurgens, lætus mox in ipsa nocte fatophagum clam aperuit, ipsaque reliquias sacratissimi Præstulis Aurelii in domum Episcopi sui occulte deportavit. Mausoleum diligentissime reclusum multo tempore Vercellenses delulse, hospitem fe habere putantes, quem non habebant. At verò Nottingus, paratis omnibus quæ ad rationem itineris pertinere videbantur, ex familiaribus suis fideliores quosdam in comites tanta peregrinationis assumptis, imponensque jumento facinulam factas reliquias continentem, itineris duce optimo comitatus propolitam viam ingreditur. Cumque Germaniam feliciter ingressus post aliquot dies patriam intraret suam, magna sororum letitia exceptus est, & quantum inferret regioni thesaurum, absens scriptis, præfens verbis, & opens exhibitione, patri cæterique omnibus terræ incolis demonstravit. Verum cum non esset in promptu locus innumere benedictionis consecratus, tanto hospite dignus, polenteque tam venerabiles reliquias ultra triduum commorari inter homines peccatores, communi delibetate consilio ceperunt, ubi habitaculum Christi confessori prepararent. Erat eo tempore non procul castello Comitibus Erlasfridi Capella in honorem S. Nazarii consecrata, in qua placuit omnibus corpus sancti Nazarii reponere, donec de convenientiori loco provideretur. Cum igitur illic desererent, venientes ad illum locum, ubi est hodie monasterium S. Aurelii constructum, ecce cæcus D quidam de medio turbæ facris reliquiis obvius, clamare cepit, voce magna dicens: Illumina me, sanctissime Dei cultor Aureli, precibus tuis, aut miserabiliter moriebantur, aut manibus ac pedibus putrefactis truncati miserabili vires reserebantur; multi verò nervorum contractione distortit eruciabantur. Cujus causa (asseritur in historia Antoniana) frequentiori concursu crevit cultus S. Antonii Magni in Provincia Viennensi, ubi ejus corpus translatum à Joacchino ex stirpe Comitum Pictaviensium oriundo Constantino poli, jussu Urbani Papæ ab ejus filio Guidone eodem Morao S. Desiderii fuerat collocatum, ubi omnes eodem morbo tacti, mirabile dictu, confestim sanabantur. Antea est eò amplius erga Sanctum reverentia, quod sicut eo morbo ægrotantes sanari consueverunt, ita sani in eundem Sanctum peccantes, sive perjurio, aliave irrogata in eum blasphemis, vel contumelia, eundem modo exoptari solent ut optem, eodemque confestim morbo ignis facti percuti. Quod pavendum cunctis prodigium hæcenus perseveraret, adeo ut in proverbium verum sit: In S. Antonium neminem impunè peccare. Chron. Sigeb. Gemblac. ann. 1089. Baron. Tom. 11. anno eodem num. 18. Sub

Ubi S. Aurelii edificaret. Quod Pater devotus & timens E Deum fe facturum promisit. Ioan. Trithem. in Chron. Monast. Hist. ann. 830. Anno Domini 1453. in urbe Bernajiciensi, meritis & precibus S. Bernardini Senensis stupendum fuit factum miraculum super juvenem nondum quinquennem, cujus narratio sequitur. Scalam ascendat dicti juvenis mater, ut poma in horreo recondita pro pueris pacificandis, & recreandis assumeret, & eis præsentaret. Hanc protinus senior tritium suorum puerorum secutus est; hunc cum vidisset adolescentior, de quo fit sermo, continuo scandit, ad summum scale perveniens, vestem talarem pede depressit, quo facto lapsus in terram interit. Mater lapsu audito, à majori gnato seiscitata est: Quid audio? Frater cecidit, mater. Illa tremens, & vehemè affecta dolore, velocissimo saltu sese juxta gnatum occisum recepit, quo inter ulnas tristi amplexu successe pro plorans, & ejulans, omni destituta consolatione mestissima, super lectulum cadaver reclinavit: postis verò huminibus versus fratrum Minorum cœnobium gressus dirigere, recordata canonizationis B. Christi Confessoris Bernardini Romæ per Nicolaum Pontificem summum, anno Jubilæi millesimo quadragentesimo quinquagesimo. Meminerat etiam cujusdam prodigii precibus dicti Sancti supra quamdam juvenulam nuperrimè facti, quam molendini rota necaverat, pristina vitæ & sanitati restitutum. Cum hæc & similia meditare, credit & sperat tanti viri suffragiis simile portentum super defunctum filium posse divina virtute conferri. In Ecclesia autem nuper erecta, collocata erat imago sancti viri, ad quam totus populus consuebat cum maxima veneratione. Cum autem afflicta mater fe desolata audiret à vicinis & amicis, repente se ipsos mutuo vocantes congregarunt, eandemque adeuntis reprehenderunt, quod inaniter fleret, Deumque & Sanctos pro vita pueri restitueranda invocaret, atque iteratam speram speraret, dicentes: Corpus mortuum humari perit. Coram quibus vicinis (eodem dictis minime acquiescens) vovit fe filium suum ad dictam Ecclesiam delatatum, pro divino auxilio, & Sancti subsidio implorandum. Confidens Dei auxilio, devotione accensa, iter arripuit, puerumque defunctum brachiis gestans profecta est. Utque primum ad Conventum pervenit, fratribus supplicavit, ut preces funderent ad Sanctum, quatenus apud Deum pro vita suo gnato restituta intercederet. Qui audita supplicatione statuentes cadaver super Altare sancto dicatum, juxta suggestum in dicta Ecclesia medio erectum, hujusmodi preces devotas funderunt: Gaudet ordo Minorum Francisci nova plantula, cum versiculo & oratione. Tunc una ex concomitantibus vicinis ad altare, & amplexatum juvenem sic allocuta est: O mi puer, quæ sum ego? Cui ille: Matriona mea charissima. Hac response audita omnes Deum laudaverunt, & Sanctum. Franc. Gonzaga lib. de orig. Seraph. relig. part. 3. conventu 24. sub annum 1453. Vide infra Tit. Adversitas, S. Adversarios vincere. Consulatur Titulus de Sanctorum intercessione, & auxilio erga homines. Scientia rerum humanarum, &c. SANCTOS NON ESSE ADORANDOS, Qui dixerint. Vide Sanctorum Invocatio. SANCTORUM IMAGINES ADORANDÆ. SANCTORUM RELIQUIA ADORANDÆ. Quare Tit. de SANCTIS, & RELIQUIIS. Vbi hæc H abundanter, & luculenter proponuntur. SANCTI HOMINES ADORATI. E X S. S. C R I P T U R A. ABDIAS unus ex Principibus regni, adoravit Eliam Prophetam pronus in terram. Et ne dicatur civili adoratione tantum adorasse, erat Abdias longè excellentior Elia privato solum homine. Recognovit ergo in eo Prophetæ excellentiam & singularitatem sanctitatem. 3. Reg. 18. FILII PROPHETARUM cum audissent spiritum Elie requievit super Elizeum, venerunt ad illum, & adoraverunt proni in terram. 4. Reg. 2. NABUCHODONOSOR Rex adoravit Danielem: quis credat quod civili adoratione, cum esset unus de captivis? adoravit ergo tanquam hominem Dei amicum, esto, quod in illo Deum illius adorare voluerit, ut patet, quando eidem justit offerri sacrificium. Dan. cap. 2. MAGI ab Oriente venientes, Christum quæ infantem vident, & pannis involuti, prostrati adorant, & cultus sui testes thesauris depromunt, qui paulò ante etiam diximus. Matth. 2. Cum

A Cum descenderet Jesus de monte, ecce Leprosus veniens adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. *Math. cap. 8.*

Cæcus à nativitate, cujus oculos Christus aperuit, extra Synagoga eiecit, dum Christo occurrisset, & percontaretur ille, An crederet in filium Dei? respondit, Credo Domine. Et prociens, adoravit eum. *Joan. 9.*

Magno etiam cultu eum prosequatur Centurio, cum esset homo sub potestate constitutus, nihilominus se indignum judicabat, sub cuius tectum Dominus intraret. *Matth. 8.*

Idem Christus post resurrectionem, antequam ad Patrem ascendisset, mulieribus è monumento festinantibus ad discipulos nuntiare, quòd à mortuis surrexisset, occurrit dicens: Ave. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. *Matth. 28.*

Undecim autem Discipuli abierunt in Galilæam in montem, uti ex cantationibus. Et videntes eam, adoraverunt. *Matth. 28. ibid.*

ADORATI HOMINES PROMISCUE.

Id tum ex Sacris, tum ex Profanis constat.

Nihil enim magis obvium in historiis Ecclesiasticis, sive que Bibliis sacris, sive que aliorum libris concipiuntur, quam adorationis presertim Regibus, Iudicibus, Magistratibus, imò & equalibus cultus, & veneratio. Sic ut exemplorum finis nullus futurus videatur. Paucata tamen, ne & hic desuisse videatur, subjiciemus.

Jacob, cum ex Mesopotamia in Chanaanem rediret, & Elau fratrem cum 400. hominibus obvium haberet, septies ante illum prociens, ut eum sibi placaret. *Genes. 33.*

David Jonathan Sauli F. prono ad terram vultu ter honorem submisit, cum tibi ab eo moneretur, Sauli infidias fugeret. Uterque alterum deosculati collachymantur. *1. Reg. 1.*

Abalon ab exilio revocatus à patre Davide, prono ad terram vultu ei honorem exhibuit. *2. Reg. 14.*

Apud Perfas, Medos & Indos, reges adorati, & in fatuando homines toto corpore procidere, invenimus. Quare Thebanus Immenis iustus Artaxerxem adorare, ne contra decus faceret, prolapsum anulum sustulisse, & ita adorantis speciem præbuisse dicitur. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

Cyros Persarum regi, adorandi cultum primum delatum scribit *Arrianus*, cui proximum diis immortalibus honorem decreverit.

Chares Mytilenæus Alexandrum Magnum prædicat in convivio quoddam, cum bibisset, phialam unam ex amicis potexisse: illum phiala accepta ad aram versum, assurrexisset, ac cum hausisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum, in convivio mox accubuisse. *Plut. in Alexand.*

Apud Rom. in occurru majoris magistratus, minores summittere falces consueverant; ut signarent, honori deferre, & imperio parere. Quare Valerius Publicola in suspicionem affectati regni adductus, dum concionaretur, falces populo summisit: scilicet populi quam consulis majestatem & jura potiora arbitratus. *Alex. lib. 1. cap. 27.*

C. CALIGULA, cum Cæsares salutarent prius, adorari se iussit capite velato ut Deum. Mox Diocletianus, focordia intolerabili, idem exequi ausus fuit.

In occurru nautico demittere vela solent minores majoribus. *Hembl. 15. Venetæ histor. 1.*

* Adversitas.

☞ *Consule locum, & titulos de Patientia, Tribulatione, &c.*

* Adversarii.

ADVERSARIJ vocantur qui commodis aliorum quomodolibet obstant, vel iudicio nobiscum contendunt.

HOSTES, ADVERSARIOS

VINCERE.

☞ *Vide Occidere homines, Tir. Homicidium, Bellum.*

CHRYSAMME sacerdos Hecates, venefica, data in ducent exercitum Chnoo adversus Erythræos, in furorem vertit hostes. Nam tauro pulcherrimo furiosum pharmacum miscuit, & comedendum proposuit. Quo & ipse in furorem actus fuit, & deserto Chnoici exercitui, in castra Erythraensium ir-

A ARGONAUTÆ relicto Hercule, compulsi fuerunt femininarum fascino, & veneficis se servare, & futuri velus illud aureum. *Plut. in præcep. Politicis.*

Arngimus Sueticii pugili, Finnos sylvestres bello prosequatur. Qui cum infeliciter dimicando fuga dilaberentur, tribus lapillis post tergum coniectis, totidem montium instar hostibus apparere fecerunt. Igitur Arngimus ab infestando hos cessavit, magnarum se rupium interjectu coeertum putans. Iidem postera die congressi videlicet, coniecta in terram nive, ingentis fluvii speciem exhibuerunt, & fuga elapsi sunt. Tertio tandem die videntes suas inclinari acies, potestati se permisere victoris. *Olaus lib. 5. cap. 15.*

* Adulator. Adulatio. Adulari.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ADULATIO, Græcè *υπαλασία*, & *υπαλασ*, adulator dicitur. Et est fallaci laude seductio, secundum *August. super Psal. Adulatio est excessus delectandi alios verbis vel factis, secundum B. Thom. 2. 2. q. 115. art. 1.*

Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacendi. Laudare enim aliquem, de quo non est laudandus, vel plus quam est laudandus, vel non eo sine quo fieri debet, peccatum est. *Secundum Alexand. 2. Tract. de Adul.*

Adulatio, inquit auctor Etymologicus trilinguis, à Lugdunensibus editi anno 1607, à laudando per metaphesin dicitur. In os enim adulator homines laudare solet. Festum Pompeium adfulpari video. Profligandum enim, & extrudendum apud eum ludendi vocabulum censeo, potius quam retinendum. Et si canum adulationem moribus ortum videatur hoc nomen, qui ablandientes dominis voce, gestuque candæ, imò corporis totius, Græcis dicitur *αυαν*. Sic ergo adulatio, quasi allaudatio dicta, Hebr. verbum *Calal*, id est, pariter est blandi, & *Κεκαλι*, blanditus est, unde *Calal*, blandi, adulationis, blanditiæ, vocibus Græcis originem dedisse arbitror. *Alia observanda digna, vide in eodem C. Etymologico.*

Adulatio est perverfa laudatio, & videtur nomen sumptum à sono. Canes enim, quorum mira est adulatio, serè exprimum hunc sonum. Vel dicatur, quod adolor verbum (quod est voce vel gestu favorem capio) dicitur quasi adaulor, quod hoc in aulis maxime fieri solet. Sunt tamen, qui hoc à Græco derivatum arbitrentur, hoc *υπαλασ* dicitur, quod est servire, & *υπαλασ* servus. Veteres etiam aulas dixere, quas nunc dicimus ollas. Unde aulicoia vocatur extra, que in ollis coquantur, hoc est, elixa. Plautus fabulam suam ab aula, hoc est, olla, inventam, aulariam nominavit.

Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibitæ, animo ac intentione placendi, vel est excessus delectandi alios verbis & factis: atque dicta *παρὰ τὸ δῶρον*, quod est infervire, & *δῶρον* dicitur, quod est dedit, servile & turpe. *Cic. 2. Quæst. T. 15.*

Assentatio est ars, quæ docet nosse sermones, & proferre accommodos, eaque facere, per que in familiaritatem adjungitur, qui tenet quam benevolentissimum suo alumnio esse ostensurus sit.

Est autem Adulatio vitium oppositum Affabilitati, idque excessu delectandi. Quidam enim in convivio nimium esse student blandi & placidi, unde omnibus se accommodant, ut omnibus placeant: quod si utilitatis causa faciunt, vocantur Adulatores, Aristoteli *υπαλασ*: si solum studio placendi, dicuntur blandi, Aristoteli *αυαν*.

υπαλασ verbum adulatoribus congruere, ubi sublandiendo hoccos pilosque ex vestibus legunt, quos vocant Græci *υπαλασ*, item *υπαλασ* & *υπαλασ*. Ex quo elegantissime Galenus Phreneticos signa commonstrans, esse in eis, inquit, stultam manuum iactationem, & *υπαλασ* ut *υπαλασ*, id est, Crocidissimum, & Carphologiam, id est, festucarum collectionem. Crocylia verò nomen civitatis est. Scribant Græci *υπαλασ* esse adulatorum verbum, item proprium, translatione tamen à brutis dicta, que caudam motantia, quam dicunt *υπαλασ*, sublanditi affueverunt: id verò nostris literis cercopilare rectè dicitur. Fuisse juniori Dionysio adultores legitur plures, quos etiam perique Dionysio colacas nominant: hi primum se non acutè admodum videre affimulabant, quia sic afficeretur Dionysius. Expuenti

quoque faciem obiciebant, quam is conspueret: nec satis, E superfluit oria collambebant etiam, quæ evomisset, melledulciora videri asseverantes. At Apollonophanes Antigoni adulator, illis dicebat fortunam *αυαν* *υπαλασ*.

Sunt, qui ex adulandi gestu adultores nunc Parachonistens, nunc Schematorechen nuncupent: quoniam sit propemodum Protheus quidam. Et Plomocolax legitur quandoque in veteribus libris. Esse is videtur, qui panis ac buccella gratia, quam vocant Plomon, passim ablanditur. Qui verò etiam plagas pati potest, Plomocolapham opinor rectè dixeris: Nam & colax identidem sibi nomen vendicat, quoniam cibum etiam colon vocent, unde & Bucolos, quin Coelia quoque, id est, venter, hinc originem ducit.

Cyprias verò mulieres assentandi artificio pernobiles, cum in Syriam transfuisissent, Climacedas legitimus nuncupatas: quoniam acclinate currum insensuris Regum uxoribus gradum struerent, ac velut scalam argerent, quam vocant Climaca. *Cacl. 1. 7. c. 53. Basil. Mag. in commentatione fol. 265. quæ de Gentilium librorum lectione concinnavit, sic admodum & doctè Polypum vocat adulatorem, cujus verba mollia ferunt interiora ventris. Nam, ut inquit, polypus ad speciem subiecti soli colorem permutat, consiliumque & assentator ad voluptatem audiendum variabit sententiam.*

* ADULATIONIS VITIUM ENORME, quæque noxium?

Adulationis, quam fallaci laude seductionem appellat *Aug. super Psal. 59.* magnatibus, & ævi nostri Politicis familiare vitium est. Imò eò deventum suo tempore *D. Hieron.* affirmat, ep. ad *Celansiam*, ut quia adulatione benevolentie ac humilitatis loco ducitur, aut invidus, aut superbus reputetur, qui necit adulari. Ut autem adulationis munus cognoscamus, paucis id tradit *Cassiod.* in ep. Ita enim scribit:

Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus salve dicit. Prodigos vocat liberales; avaros, parcos & sapientes; lascivos; curiales; garrulos; affabiles; obstinatos, constantes; pigros, maturos & graves: hæc sagitta leviter volat, & cito insigitur.

Adulationem perpetuum esse malum Regum, quorum opus assentatio sapientis, quam hostis evertit, *Q. Curtius* scribit. Abs quo proditum item scimus, id esse naturam Siculæ G vitium proprium germanuorum, Cynicis Diogenem scitè admodum, & verè solum dicere acceptissimum, *αυαν* *υπαλασ* *υπαλασ* *υπαλασ* *υπαλασ*, id est, *υπαλασ*, id est, præstare ad corvos redigi, quam adulatoribus exponi. Quoniam illi morticina modo confectentur, hi etiamnum vivos bonosque laniantu pestifero ex carnificare non desinant. Et Anaxillas dixit, adultores esse divitum *ουαν* *υπαλασ*, id est, vermes. *Ex 1. 20. Ict. ant. Cacl. c. 23.*

Monet Seneca, adulatoribus non esse præbendum latus, qui artifices sint ad captandos superiores: habere enim hoc in se naturale blanditias, ut quum rejiçiantur, etiam placeant, sæpèque exclusus novissimè recipi. Remedium tanti mali est, nolle laudari. Et alibi Seneca: Pro sua quemque portione adulatio infatuat. Vos quidem dicitis, me esse prudentem; ego autem video, quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem. *Idem.*

Adulatorum guttur dicitur in Psalmo sepulchrum patens. In præceptis civilibus Plurarchus scribit, Demetrii adultores indignum putasse, quòd illum, opinor, archiis illaquearent, ac compeditu tenerent, ceteris regium nomen imperituri. Nam Seleucum Elephanterchen nuncupabant; Lyfimachum verò Gazophylacea; ar Ptolomzum Navarchum: Agathoclea Nefarchem. Idem alibi Plurarchus, nil intuentium cavendum, quam adultores, monet. Quoniam nullum sit perniciosius genus, quodque in præcipitium festinantius juvenentum agat: quippe parentes ac liberos radicibus exterrunt. *Idem de his plura in Aulas.*

Martialis in Pontilianum, adulatoris naturam expressit hoc Epigrammate.

Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo: Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo. Pectus, dissimulo: gemmavis ludere, vincor. Res una est sine me quam facis, & ræco.

* ADULATORUM NATURA, ET SYMBOLA.

S. GRÆGORIUS Adultores describens, dicit, eos rectè comparari cum Scorpionibus, eò quòd palpando incedant, & cauda feriant, *lib. 2. in cap. 9. Ezeh.*

A JOANNES Dantiscus, Episcopus Varmienſis, Adulatores, Parasitos, & e simili fecer gnatones, dicebat canes Actæonis. Ita enim à Parasitis Magnates, ut à canibus suis Actæon, devorantur. Ex Philippo Camerario in oper. succ. hor. L. Beyerl. in apoph. Christian.

Adulatores lupis conferebat Alphonſus Aragon. quòd sicut lupi titulantur, & icalpendo afinos vorare solent: sic illi ad Principum perniciem, blanditijs ac mendacijs intendunt. An. Syl. l. 3. de gesti. Alph. Beyerl. supra Tit. Adulatio.

DIAGENES, melius esse dicebat in corvos, quam in adulatores incidere, quòd illi morticina secentur, hi etiam vivos exedere fatagant. Celius lib. 6. lect. antiq. cap. 33. Idem etiamnum adscribit Antistheni.

ANAXILAS Adulatores divitum eximias, id est vermes edixit. Ibidem. Hi enim triticum, illi potentum substantiam vorant.

CRATES Parasitos evykarat ad opophis, quasi coepulones indigitavit. Nam omnium mentas secentur ablandiendo. Stobæus.

B ISOCRATES adulatores impostorum loco haberi voluit. Maxim. ser. 11.

PHILO fraudulentes cenébat adulatorum sermones: aut enim vituperanda extollunt, aut efferenda depriment. Ant. in Meliss. 32.

PHOCION roganti Antipatro, ut in gratiam suam aliquid faceret à justitia & ratione alienum: Non potes, ajebat, ò Antipater, Phocione adulate, & amico uti. Plur. in Grec. apoph.

BION eos qui adulatoribus auscultarent, amphoris permissiles asserbat, quæ auribus circumaguntur. Eras. 8. apoph. ex Plur.

IDEM interrogatus, quænam fera omnium crudelissima foret? Respondit: Si, ait, de feris inquit, tyrannus: si de mitioribus, parasitus. Laert. lib. 1. cap. 6.

DIAGENES iterum rogatus, quam ob causam canis nomen esset fortius? Quia, inquit, dantibus ablandior, non dantibus oblatro. Laert. lib. 6.

Unde & Aristippus regium canem vocabat, quòd Dionysio Syracusæ Tyranno ablandiretur. Canis enim assentationi deditus natura, caudaque ablanditur, quòd cevere proprio vocabulo dixit Perſus, dum Romanam assentationem reprehendit, dicens:

— An Romule cerves? Laert. lib. 2. cap. 8.

Pulchre adulatorem Simiz comparat Plutarchus. Hæc enim cum neciat domum tuam, ut canis arare, ut bos: onera deferre, ut asinus: omnium tamen actiones imitatur, ut recreet. Sic adulator, cum in rebus serijs neciat esse usui, volupratum minister est.

DELPHINI, quousque unda subest, comitantur natantes: in litus verò nunquam ingrediuntur. Sic adulatores secundum rerum statum advolant, adverso fugiunt. Maxim. serm. 11. apud Stobæum.

Ligna, dum augent ignem, ab eo absumuntur: sic dum divites alunt adulatores, ab illis ipsis pereant. Anton. in Meliss. part. 2. serm. 12.

ADULATIONIS, ADULATORIS ET ADULATORUM CHARACTERES.

EX VETERIBUS HISTORICIS.

D Adulationem putet aliquis esse turpem vite quotidianæ consuetudinem, sed quæ adulatori conducat. Adulator autem is est, qui si cum aliquo ambulet, ei dicat, Viden? ut omnes in te oculos convertant? fit hoc nemini ex omnibus civibus, præterquam tibi. Hæri in porticu magnum bonæ existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quam triginta federent, sermoque incidisset, Equis civium esset optimus: & ortos ab ipso, & in ejusdem nomen simul omnes recidisse. Hæc ille loquitur, aliaque his similia. Idem ex illius vestimentis cui assentatur, stoccos soler eximere. Quòd si qua palea vel festuca à vento acta illius capillamento adhæserit, tollit adulator, & simul renidens: En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, ut canitie barba tibi est referta; atqui tu sanè, qui id ætatis homo sis, habes ut si quis alius capillos nigros. Jam si loquatur ille, hic verò adulator silentium omnibus impetare, in os laudare, dicenti voce gestuque applaudere, & ubi finem ascendi fecerit, dictum benè! acclamare. Quòd si quem ille sale aliquo perstrinxerit, eundem iste acerbe irridebit, vellemque sibi in os indet, quasi risum tenere non queat. In

via si qui fant obvii, sistere gradum jubet, donec ille transierit, & sic Theophrast. in charact. Ethicis.

Adulator alicuius ita describitur à Tacito: Egens, ignotus, inquietus, dū occultis libellis sevitia principis adrept, mox clarissimo cuique facessit periculum, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, dans exemplum, quòd securi ex pauperibus, divites ex contemptis memendi, perniciem alijs ac postremo sibi inveniunt. Annal. lib. 1.

Quidam adulationi libertatem veluti subausturum condimentum admiscunt, quo protervæ inter pocula loquacitati tedium dimoveant, & satietatem, idque consequantur, ut assentientes, & condentes, quoties de re gravi sermo incidit, non gratiam captare, sed prudentia inferiores videantur. Plur. in Antonio.

Is omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est. Tacit. Annal. lib. 2.

Cum fortuna principis potius loquuntur, quam cum ipso. Idem Hist. lib. 1.

Ita compositi, ut ex eventu rerum ad verba abnuant, vel prospera agnoscant. Hist. lib. 3.

Veri copiam non faciunt, sed suspensa, & quo ducantur F inclinatura respondent. Annal. lib. 11.

Laus in perniciem suam alunt laudatores malorum, bonorum justitiam simulantes. Nicetus Acom. Andron. lib. 2.

DE EADEM APOPHITHEGMATA ETHNICORUM.

Pythagoras, potius gaudendum redargentibus, quam assentantibus dicebat, quos etiam hostibus deteriores judicabat. Stob. serm. 12.

ALEXANDER. Aristobulus historicus librum conscripserat de rebus ab Alexandro Macedonia gestis, in quo multa supra veri fidem adulatissime affinxerat: eum quum illi in navigatione recitasset, Alexander arreptum è manibus in fluvium Hydaspem demersit, & ad Aristobulum conversus: Tu, inquit, dignor eras, ut eodem præcipiteris, qui solus me sic pugnantes facis, ut vel uno jaculo interficiam elephantem. Eras. lib. 8. apoph.

IDEM, validissima quadam rupe capta, quum amici dicerent, illum egregijs gestis Hercule superasse: At ego, inquit, meas res gestas in imperio ne verbo quidem cum his, quæ gestit Hercules, arbitror conferendas. Adulabantur illi, sed hujus animo nulla satis faciebat adulatio. Plur. in apoph. Regum, & Imperatorum.

CICERO cuidam nuncianti, Cæsaris amicos esse tristes: Hoc dicitis, inquit, illos Cæsari male cogitare? Irrisit adulantem nuncium, quasi Cæsarianis rebus diffidderet, metuereque Pompejum. Plur. in Rom. apoph.

IDEM, Nolo, inquit, esse laudator, ne videar adulator. Et, habet adulationi principia jucunda, sed exitus amarissimos adfert. Item, cuius aures clausæ veritatis sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Rhetor. lib. 1. & lib. de amicitia.

AUGUSTUS Romanorum Imp. Tarraconensibus pro læto ostento ei nunciatis, quòd in ejus ara palma esset nata: Apparet, inquit, quam frequenter accendatis. Quòd illi Diis tribui volebant, ille tribuit illorum negligentia, qui nunquam in ara Cæsaris adolerent incensum. Eras. 4. apoph. ex Suet.

FURNUS Antonii partes fequutus fuerat. Ad postquam victoria cessit Augusto, metuens sibi, subornavit filium, H qui à victore veniam peteret. Petit & impetravit. Tum Furnius his verbis gratias Cæsaris egit: Hæc una, ò Cæsar, abs te mihi facta est injuria: fecisti, ut mihi & vivendum & moriendum sit ingrato: significans, tantam esse ejus beneficii magnitudinem, ut nulla ex parte essent referendæ gratiæ. Reprehensiois color blanditus est principi. Eras. 8. apoph.

ARISTIDES, Ita est (inquit) ingenium hominum, ut facile admittant eos, qui sciunt obsequi ac in servire studijs cunjsq; Hi enim solijam benigni, ac verè veri æstimantur. At contra videre est, quàm rigidi putentur, qui ab omni assentandis studio alieni, modestiam inducere moluntur. Stobæus.

ARISTIPPUS, quum malè addivisset à Diogene, quòd Dionysium coleret: Si Diogenes, inquit, sciret uti regibus, non videretur crudi indies oleribus. Idem.

ANTISTHENES, satis esse dicebat, incidere in corvos, quàm in parasitos. Hi enim viventis animum corrumpunt: illi solum mortui. Laert. lib. 6. cap. 1. Brif. lib. 1. cap. 7. Hoc alii Diogeni adscribunt.

IDEM.

A IDEM. Ut meretricis bona omnia præter mentem, & prudentiam suis amatoribus impreccantur, eodem modo adulatores iis quibuscum agunt. Stobæus.

DEMOCRITUS dicere solebat, rectè quidem facta laudare, honestum esse: mala verò laudibus vehere, adulterini esse animi, & impostoris. Idem.

IDEM, ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba, Adolefcens, ait, miseret me tua solitudinis. Stobæus.

IDEM, eos qui cum adulatoribus viverent, ajebat esse defertos; non alter quàm viruli sunt inter lupos. Neque enim illos adeffe quos oportet, neque cum iis, qui ad sunt, habere societatem, quum sint infidiatores. Laert. lib. 6. cap. 5.

CLEARCHUS Solenſis, adulatorum mores dicebat humiles esse: atque ferviles: brevi tempore artem eorum durare, nemo enim parasitum canum amat. Materia quoque fingendi tempore consensit. Athenæus.

DEMARATUS, postquam cum ipso colloquium Orotens habuisset asperius, cuidam dicens: Asperius tecum egit Orotens, ò Demarate: Nihil, inquit, in me peccavit.

Si quidem qui ad gratiam colloquuntur, hi laudent: non qui durus, eumque malevolentia verba faciunt. Plur. in Lacon.

PARISATIS præcipere solebat, ut qui Regem conveniret, eum alloquutus, verbis bylinis uteretur, hoc est mollibus; talis enim à regibus expetitur oratio, non austera, & ad vivum referens. Plur. in apoph.

CLITOPHUS, Philippo jacienti in ipsum scommata, & admodum hilari, Ego posthac, inquit, te non alam. Lepidè invertens rem, nam Reges in hoc alunt parasitos, ut illorum dictis exhalentur. Quòd si ipsi Reges inter se norint ludere, & in alios ridicula dicere, nihil opus sit parasitis, quum ipsi norint parasitos asper, alioqui parasiti magis alunt Reges, quàm Reges parasitos. Quamquam Plutarchus in Sympoticis ita refert de hys oris oratio, id est, non ego te alonotans Regem, quòd verè rerum vice pro rege ageret morionem: Tu me alis, utridiculis dictis te exhiberem, non ego te. Eras. lib. 6. apoph.

APOLONIUS rogatus à Rege Babylonio, qua ratione quietè imperio frui posset? respondit: Si paucis crederideris. Bruc. 3. cap. 13.

CRIPIUS Pæſenus dicebat, adulationi non esse claudendum ostium, sed aperiendum, verum ut solet amice: quæ si impulsit, grata est: gratior, si effugit. Sensit non probandos eos, qui profus non ferunt ullam adulationem, quam ut assecute turpe est, ita ingerentem non oportet omnino repellere. Prodest enim in hoc, ut homo perspicat, qualis esse debeat. Eras. lib. 8. apoph.

DIAGENES Oratores, qui in summo pretio apud Athenienses habebantur, vocabat turba ministris, quòd ad gratiam loqui cogentur, ac serviliter adulari stolidæ multitudini. Laert. lib. 6.

IDEM, Orationem blandam non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, vocare solebat melleum laqueum, quòd blandè amplectens hominem jugulet. Laert. lib. 6.

IDEM ajebat, in assentatione, veluti sepulchro aut statua quapiam, nomen solum amicitia inscriptum esse. Stobæus.

IDEM, interrogatus, quænam bestia morsum haberet omnium nocentissimum? respondit: Si de feris interrogas, est obtreator: si de mansuetis, est adulator. Nam obtreator quidem præ se fert odium, adulator autem sub amici persona multo lædit gravius. Laert. lib. 9. Stob. & Brufon. l. 2.

IDEM, Græci, si cui precantur exitium, jubent adire ad corvos, sic xipaxas. At Diogenes dicere solebat, multo periculosius esse incidere in assentatores, quàm in corvos. Dicti jucunditas perit nobis, quæ est in Græcarum vocum affinitate. Nam xipaxas appellant corvos, & unica litera mutata xipaxas, adulatorum. Hoc dictum tribuitur & Antistheni. Laert. Eras. 8. Vide de eodem inter exempla historica.

EPITECTUS, audiens quendam adulatoribus faciles suas aures præbentem, Corvi, ait, mortuorum cadaveribus oculis evellunt, neque id injuria, nullus enim vita sancto luminis usus est. Ad adulatores viventium animos corrumpentes, omnem illis visum adimunt. Stob. Anton. in Meliss. part. 1. serm. 51. Maximus serm. 52.

THEMISTIUS, quum videret Joſianiani Romanorū Imperatoris aulam assentatoribus refertam esse, peracerè atque luculenter illos irridens, ex mortibus prehendi, ait, purpuram ipsos magis quàm Deum colere: neque aliqua re ab Eu-

ripo differre, nunc hac, nunc illuc, atque in contrarium E adeò momentum refluente. Niceph. Callist. lib. 10. cap. 42. hist. Eccl.

PHAVORINUS. Actæon ab alumnis suis canibus interit: parasiti eos, à quibus aluntur, pessimant. Stob. ibid.

PLATO, quum Diogenem offendisset olera lavantem, dixit illi: Si Dionysio morem gessisses, profecò non lavares olera. Diogenes vicissim Platoni: Si tu lavares olera, Dionysio non interivisses. Laert. lib. 6.

Tiberio senatum ingrediente, furgens Adulator quidam, exclamavit, esse liberè loquendum, nec reticenda, quæ ad Remp. attinerent. Erectis ad hanc vocem omnibus, ipso etiam Tiberio attento: Audi, inquit, Cæsar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fateri: Impendis te ipsum nobis, corpus tuum diurnis nocturnisque laboribus, & curis pro Repub. conficiens. Hujusmodi multa cum diceret, sub libertatis prætextu turpiter adularis, C. Severus subjecisse fertur: Ita tanta libertas hunc hominem dabit exitio. Eras. lib. 6. apoph. Brufon. l. 3. c. 16. ex Suetonio & Tacito.

CHRISTIANORUM.

Ex Apophthegm. editis per Laur. Beyerlinck.

THEMISTIUS dicebat, Adulatores purpuram magis, quàm Deum colere, neque aliqua re differre ab Euripo, nunc hac, nunc illuc, atque in contrarium adeò momentum refluente. Nicephor. Eccl. hist. lib. 10. cap. 40.

Julian. Imp. Nemini obicrum esse dicebat, assentatores non Deum, sed purpuram colere, Euripocæ admovim similes esse, qui modo in hanc, modo in illam partem precipitantur. Soc. Ec. hist. l. 3. c. 21.

Sigismund. Imp. cum se Adulatores veluti pestes odisse assereret, Bruncius Neronensis sermonem interrumpens. Tamen, dixit, nullum genus hominum isto magis amens. Cui Imp. Vincis sanè, ait: Ita enim natura comparatum, ut cum vitandos Assentatores diximus, tum maxime illis adhaeremus: nam neque tanto tempore mecum fuisset, nisi meis moribus adlandari assuevisses. An. Sylv. de dictis Sigism. & Fiderici Imp.

IDEM: Uni è Proceribus se supra modum laudanti, & diis similem assentanti, alapam infixit, hoc dicto, Cur me morde adulator? Sciebat egregius Imp. verum esse, quòd habet Hugo de S. Victore, Adulatorem amicum in obsequio, hostem in animo, comptum in verbo, turpem in factu, letum ad prospera, fragilem ad adversa, inflatum ad obsequia, anxium ad opprobria, immoderatum ad gaudia, facilem ad humana, difficilem verò esse ad honesta. An. Sylv. lib. 1. Com. de reb. gesti. Alphonſi.

LADISLAUS Polon. Rex: Clarum Sigismundi exemplum, nec minus tamen illustre Ladislai, qui etiam Assentatores colaphis excipere solitus, causam verò rogatus; Percutientes, dicebat, me repercutio: nolebat & ille cum Propheta oleo peccatoris caput suum impinguari. Oleum enim peccatoris, ut exponit Cassiodorus, est dilectio simulata verborum, quæ vocum blandimentis nostras mentes velut olei pinguedo ingrediens, rigorem veritatis emollit. Collig. ex Prom. mor. Th. Stapler. serm. 11. Adventus.

CAROL V. Imp. Nec minus prudenter prudens ille Imperator hanc assentandi pestem fugiebat. Cum enim Lutetia Parisorum constitutus, gravi oratione ejusdem laudes in publicum adducerentur, paucis oratoris respondit: Grata mihi est affinis Regis erga me benevolentia; sed laudes illæ mihi attributa, commonefactiones dumtaxat sunt, qualis esse deberent. In vita ejusdem Cypri. & alii.

PHILIPPUS II. Caroli filius: Parentis sui vestigijs inherens, conceptam à tenetis agendarum rerum prudentiam raribus dicto manifestabat: neque, si id præstitit, litris consignatum aut a mulæ posteritati transmiffum existimaverim. Interrogatus verò aliquando (prout narrantis ore excepti) quo apud eum loco essent Adulatores: Pejori, inquit, quam corvi; & subdens illud Aristippi, ut est apud Brufon. Malim, ajebat, in corvos incidere, quàm in assentatores parasitos. Videbat Rex sapientissimus, illos corpus tantum, at hos animos etiam mentelque corrodere, & verum esse illud Nason. lib. 2. Trist.

Impia, sub dulci melle venena latens.

MAURICIUS Saxoniz Dux: Hic verò assentatorem conspicatus, dixisse commemoratur: Stercus domini sui comedit, ut canis. Notabat autem, ut habet Seneca, Assentatores non tantum esse dominorum suorum arriores, sed & atroiores. Philipp. Camer. in locis Mani.

FRIDE.

A FRIDERICUS Saxonie Dux, ille ut regi folique, ita & animi mentique hæres, ab illo hominum genere cavendum fatus, dicebat: Maxime metuendi sunt ii, qui pedibus proximis, ne calcas conculetur: tacite infinuans, adulantibus proprium, Regum principumve auribus propius assistere. *lib. 1. Vide nonnulla inter Symbola Adulationis supra.*

ADULATIONIS

EXEMPLA BIBLICA.

CHORE & complices ejus, cum steterint adversus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus; in quo appareat, quod captabant benevolentiam populi. *Num. 16.*

ADOLESCENS nartans David mortem Saul & filiorum ejus, occisus fuit de mandato ipsius. Putabat autem se prospera nunciare. *2. Reg. 11.*

Duo Larones, qui filium Saul Isboeth occiderant, & caput David attulerant, placere crediderunt; sed David bene offendit, quod displicuit. *2. Reg. 4.*

Dicebat Abialon homini negotium habenti coram Rege David: Videtur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus a Rege. *2. Reg. 15.*

Mali Propheta dicebat Achab Regi Israel de bello futuro prospera, secundum quod eum velle sciebant. *2. Reg. 22.*

Post obitum Jojadae sacerdotis, Principes Juda adoraverunt Regem. Qui penitus obsequiis eorum acquievit, & dereliquerunt templum Domini, servieruntque lucis, & sculptilibus. *2. Par. 24.*

Adificantibus templum Filii Judee post reditum de captivitate, hostes eorum scripserunt Regi: Nos memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones Regis videre nefas ducimus. *1. Esdr. 4.*

NABUCHODONOSOR dixit majoribus natu, quod totam terram suo imperio subjungere vellet; quod valde placuit, atque in illius sententiam facile omnes descendunt.

Rex Assirus iratus contra Vasthi Reginam, interrogavit Consiliarios, cui sententia Vasthi subjaceret; qui cedentes furori Regis, dixerunt: Regis iusta est indignatio. *Esth. 6.*

AMICI Aman & Uxor ejus, animum illius pessimum erga Mardocheum non modo non represserunt, sed & eundem adversus illum excitantur, dicentes: Jube parari excelsam trabem. *Sec. lib. 1. cap. 5.*

PRINCIPES & SATRAPÆ Darii Daniel. *cap. 9.* iniquum Regis decretum suffragio suo confirmabant, proponentes aliquid quod ad honorem ipsius facere videbatur.

ALCIMUS proditor impius, eod quod Demetrio Regi dixisset placentia, in sacerdotio a Rege constitutus fuit. *Lib. 1. Mach. cap. 7.*

REDEMPTOR generis nostri, dum coram multitudine *Matth. cap. 11.* S. Joannem Bapt. multis laudibus ornare instruisset, nec præsentem, nec coram ejus discipulis, ut adulationis notam defugeret, collaudavit; uti sapienter animadvertit *Chryl. in op. imperf. hom. 27. in Matth.* Quam bene, inquit, recedentibus discipulis cepit laudare Joannem, non sicut quidam adultores, qui hominem in faciem laudant, aut quando vident amicos ejus fideles adesse, aut domesticos, quos credunt nunciaturus illi quicquid audierint. Insuper gaudet laudari in faciem: vir autem sapiens, quando laudatur in faciem, flagellatur in corde. Contra verò cum ipse a Scribis & Phariseis eorumque discipulis per adulationem laudaretur, durius semper eis respondit, quam cum impetere tur maledictis. Nam cum dicerent, *Matth. 22.* Impester simus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum: &c. respondit: Quid me tentatis hypocrite? Et cum miraculorum patratorem eum agnoscerent, signumque ab eo peterent, *Matth. 12.* 39. Generatio, inquit, mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophete. At alibi *Joan. 8.* 49. cum Judæi illi objicerent per summam contumeliam: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes: manifestet respondit: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me. Quo exemplo dicitur, si quando laudum tuarum præconia audire cogaris, minimum tristitia vultus ostendere, tibi ea displicere: justos enim, inquit alicubi B. Gregorius, laus sua cruciat, iniquos exaltat. Et adulator, qui querat placere, si displicere tibi suos conatus videat, mox labellum comprimet.

Videns Herodes Agrippa rex magnus, quod placeret Judæis in hoc quod quosdam de Ecclesia ceperat, & Jacobum fratrem Joannis occiderat, appositus apprehendere & Petrum. *Act. 12.*

HERODI nequissimi Regi, qui occiderat Jacobum, & E. incarcerat Petrum, populus acclamabat, Voces Dei & non hominis. *Eodem.*

Orator Tertullius, contra Paulum à principe sacerdotum adductus, in principio orationis adulatus est Felici præfidi, *Act. 24.*

HISTORICA.

TAM MENDACIS, QUAM BLANDIENTIS, ADULATIO VEL FIT PER NIMIAM LAUDATIONEM, ESTQUE ADULATIO MENDAX. Atque eo vitio laborant plerique cujusvis pene conditionis. Sacri homines.

Alex. Magnus, ubi ad Ammonis templum venit, Vates Dei nomine ut parentis salutavit. Ille quaesivit, An interfectos parentes sui omnes penas dedisset? Cui vates: Dii meliora! inquit: neque enim tuus mortalis parens est. Ita varians rogavit, Omnesne Philippi punitisset percussores? Hinc de imperio, an dominatum sibi omnium gentium concederet? Cum Deus ostendisset & hoc annuere se, & Philippi peractam plene ultionem, Deum magnificis donis & Sacerdotes honoravit pecunia. Hæc de oraculis tradunt plerique. Ipse in epistola ad matrem Alexandræ sortis quasdam sibi ait arcana redditus, quas reversus soli ei relaturus esset. Sunt qui dicunt, vatem, cum appellare comiter Alexandrum Græcè vellet, & Audios, id est, Filiole: postremam syllabam ut barbarum per o pronunciasse, ac dixisse, & Audios, loco uirpantem o: neque invito claudicasse voce Alexandro, increbuitque sermonem, Jovis eum à Deo appellatum filium. *Plutarchus.*

THOMAS Volsæus, Cardinalis, avaritiæ & ambitionis mancipium, Regem Henric. VIII. suis blanditiis possidebat totum. Si quid ab Henrico impetrare volebat, munusculum aliquod, ut puta valculum, fabre elaboratum, aut gemmam, aut annulum, & id genus dona deferere. *Polydorus.*

HERODES Judæorum Rex, præ nimia ambitione & studio demerendi Augustum Cæsarem cum Romanis potentioribus, multum à patriis institutis recessit, & leges divinas violavit, dum in honorem eorum urbem condidit Cæsarem (que prius Stratonis turris dicta) & Sebastein (que prius Samaria) & templa extruxit, licet non in solo Judaico: hoc enim illi nequaquam latari erant, quod nefas sit Judæis ista ac effigies morte Græcorum colere. Neque propterea eorum regiones tales urbes collocabat, excultas se Judæis, quod non spontè, sed potentiorum jussu hæc faceret, & interim Cæsarem Romanoque tantò magis sibi devinciens, quod in eorum honorem à patriis consuetudinibus sustineret discedere. Sed præcipue scopus erat utilitas propria, & studium memoriam propagandæ apud posteros, ita ut condendis & exornandis urbibus, nullis sumptibus parceret. *Ioseph. l. 15. c. 2. Antiq.*

TYRIDATES Armeniæ Princeps, cum à Corbulone victus Romam duceretur ad Neronem, in genua procumbens: Ego, inquit, Domine, Arsaci nepos, Vologesi & Pacori regum frater, tuus servus sum, venique, ut te deum meum non secus ac mētra, id est, Solem colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam effices: Tu enim fatum meum es, & fortuna. Qua assentatione efficit, ut à Nerone in Armeniæ regnum restitueretur. Imò cum in omnibus ferè assentaretur Neroni, sequæ studiosissimè in ejus familiaritatem insinaret, multa etiam munera ab eo accepit, quorum pretium ajunt fuisse ad auroreum vicies centena millia. *Xi. H. philist.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Philosophi.

Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercutii, Philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, & ceteri per se præcipue amanatissimum, ad investigandum Nili caput misisse, scribit. Tam enim in eo mendacium est manifestissimum, quam in Plauti comædia Mæchus. *Celins lib. 11. cap. 11. Ant. Lect.*

Quum in Historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset eadem Diana Ephesiæ templum deflagravit, adjunxit: Minime id esse mirandum, quod Diana, quum in partu Olympias adesse voluisset, abussit domo. Delectatus est Cicero commento hoc, ut subtiliter excogitaret, nec animadvertit tamen, à quo editum foret: neque enim in historia locus videtur esse itis fabulis. *Plur. vetò in Alex. non potuit ferre tam turpem assentationem: & cum infamare ipsam vellet, lusi in vitio illius ostendendo; hujuscemodi enim sine modo prolata mendacia, insulseque sententia, frigus asserre dicuntur: cujus frigoris ab Hegefia prolata tantam vim esse dixit, ut extrinsece posset incendium illud, quo templum deflagravit. *Vid. lib. 19. Var. lect. cap. 16.**

Rhetores.

Domitianus à Quintiliano maximus poeta dicitur, fortassis adulari causa, quoniam à Domitiano sororis filiorum institutioni præfectus fuerat. *Cass.*

Romanis rogantibus Proeresium sophistam, uti proprium suum discipulum ad se mitteret Athenis, Eusebium Alexandrinum eod misit, qui cum urbis Romanæ moribus valde congruere videbatur: quippe is ad assentationem eruditus, proceribus palpari norat, & Athenis feditiosus homo habebatur, alioque præ se contemneret, sese maximi facere constiterat. Quapropter hominem urbanarum nequitiarum laud imperium eod submisit: nam quod oratoriam facultatem attinet, id dixisse satis sit, quod Ægyptius fuerit. *Ennapius.*

Poeta.

Decius Laberius actor minorum, invitatus à Cæsare, ut in scenam prodiret, respondit, Se necessario coactum; nihil tanta viro denegare posse, cui & ipsi dii omnia tribuissent. *Maerobius.*

NICIAS videns Alexandrum vulneratum, illud Homeri decantabat: *Εγώ τ' εὖ μετ' ἄνδρα παλαστὰν δῖον.* Quævis avorum percurrit corpora sanguis. Quibus Adulari. *Populo.*

RHETORES, populi gratiam venabantur Athenis, per id tempus, quo vitia bellum Chremonidum, adulescentes Atheniensibus, omnia quidem alia Græcis communia esse dicebant, at solos Athenienses inter homines viam, quæ ad cælum perduceret, invenisse. *Athen. lib. 6.*

Pontificibus: Episcopis.

Quomodo adulentur. Puta Divinus tribuendo honores. Ex Tit. eorum, qui Divinos honores sibi arrogarunt. Vide supra Adulatori Deo competens. Transgresso Hellepontum. Atque cum exercitu numerofissimo, fectur quidam Hellepontus dixisse: O Jupiter, quum

quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro E Jovis nomine, Græciam è sedibus suis exigere vis, omnes homines ducens, cum etiam citra hoc tibi liceret id facere? *Herodotus lib. 7.*

NICOSTRATUS Argivorum civitati præfectus, omnes adulando ac obsequendo superabat. Quod magis Persarum Regi placeret, filium suum ad Regem deportavit; quod nullus alius unquam fecisse reperitur. Cœnarurus, mensam Genio Regis scortum apponere solebat, cum facere hoc ipsum audisset eos Persas, qui circa portas versabantur. *Ath. lib. 6. cap. 6.*

ARGIVI indicis comitis non tantum Jovem, Apollinem & Herculem invocabant, sed Philippum etiam Macedoniæ Regem: cujus favorem aspirabant summa blandiloquentia. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 3.*

Quum Alexander Jovis filium appellari se vellet, & more Persarum prostratus humi corporibus à Macedonibus salutari: talia concupiscenti proinis accesserunt Acis Argivus, pessimus carminum auctor post Chætilum, & Cleo Siculus, quos maximorum exercituum Principibus anteferebat. Hi ceperunt eum deum facere: adjecerunt insuper, Hercules, Bacchum, Pollucem cum Castore, novo numini cessuros. Horum fumis permotus Alexander, convivium omni opulentia exornavit: cui non Macedones tantum, sed & Principes Græci interfuerunt. Quum autem omnes unâ cum Rege discubissent, Cleo institutum & præmeditatum sermonem cum admiratione laudem ejus exortus est: enarratque meritis, quibus eum nova apud theos dignum prædicabat, jam unumquemque cepit hortari, ut regem inter deos colerent. Quod ne quis recusaret, obtulit se primum, qui prostrato humi corpore Regem adoraret. *Curtius & Plur.*

Phylarchus lib. 6. Historiarum, Nicæsam narrat, cum Regem ab eo pharmaco, quod ceperat, turbati vidisset, dixisse: Quid nos facere oportet, o Rex, quando vos Dei tanta patimini? Quem vix irruens Alexander, Quales Dei, inquit? vercor autem ne diis incis. *Athen. lib. 6. cap. 6.*

Plur. in Sympof. dec. 9. narrat, Anaxarcum, cum ab Alexandro post cœnam malis peteretur, surrexisse, dixisseque hunc senarium ex Oreste Euripidis: *Βεβήθητι αἰετὶ δῖον σπορῶνα γαίῃ.* id est, *Ferietur aliquis mox deum humana manu.*

Erasmus in Adagio. Satyrus in Vitis, Anaxadrum, inquit, fortunatum philosophorum unum fuisse ex Alexandri adulatoribus: qui cum iter aliquando faceret cum Rege, magno ac gravi tonitruo facto, ita ut omnes expavissent: Nunquid talia hujuscemodi fecisti, ait, Alexander Jovis? Tum risisse ferunt Alexandrum, ac dixisse: Nolo ita esse formidandum, ut me doces, qui satraparum regumque capita abscidit a me cœnantem adferri jubeam. Aristobolus Cassandrus Dioxippum narrat Atheniensem athletam, vulnerato aliquando Alexandro, sanguineque defluente, dixisse Homericum illud: *Qui solet exsuperis crum effluisse beatus.*

Athen. lib. 6. cap. 5. Demetrius Poliorcetes, Cassandri Macedonis præfidi ex Munychia pulso, arcem diruit, Atheniensibus libertatem cum patriis legibus restituit, xv. anno postquam à Macedonibus fuerat oppressus. Athenienses, genus hominum in assentationem propensum, publicè decrevere, ut Demetrius & Antigonus Regum reges appellarentur, vocarentur dii Servatores, essetque in urbe Servatorum sacerdos. Ara ibi erecta est, ubi Demetrius primum è curru descendit, ut idem & patet Antigonus in peplo una cum Jove & Pallade intexerentur: ut duæ tribus veteribus adderentur, Demetrius & Antigonas. Stratocles, adulationum inret suos populares investigator maximus, decretum tulit, ut legati, quoad eos mitterentur, ut illi, qui ad Olympia sacra & Pythia publicè præcedebant, sacri haberentur. Fuerunt qui adhuc aliquantò impudentius seferent, ut quoties Demetrius Athenas veniret, in Ceteris & Bacchi hospitio exceperetur: alii, ut scutum illi Delphis consecraret, unde publicè aptaretur oraculum *Subell. lib. 7. Enneadis 4.* Leæne & Lamiae Demetrii fortis Veneris sacrificia: Buricho, Adimanto, Euthemidique adulatoribus illius ara statueque erectæ, & pœanæs decantari: ita ut ipse etiam Demetrius admiratus dixerit, nullum ex Atheniensibus suo genere dignum esse. Ex Leucade Corcyraque Athenas venientem non solis tumorum odoribus coronisque, ac vina effundentes

quum